

tionem executioni mandari per media infallibilia, qualia sunt efficacia auxilia divina gratiae, quorum collatio in tempore, & eorumdem preparatio ab aeterno est in nobis independents; ergo praedestinatio etiam, ut impotat temporalem executionem aeterni praepositi, non est in potestate nostra, atque ideo nullo modo, nec formaliter, nec virtualiter dici potest suppositio concomitans. Respondeo etiam suppositionem divinae praemotionalis efficacis, tamen ut dicitur preparationem gratiae, & beneficium Dei ab aeterno, quam ut dicitur collationem eorumdem in tempore, esse antecedentem, nam talia auxilia ponuntur in nobis sine nobis in tempore, & Deus pariter sine nobis decrevit ab aeterno nobis ea conferre; tamen sicut quoad id, quod est, voluntatem creatam sic motam à Deo elicere actum liberi consensus, est sine dubio suppositio concomitans, vel consequens, si pariter decretum divinum ab aeterno respiciens talis consensus elicitionem est omnino concomitans, & nullo modo antecedens; & sic vocatio, quam includit virtualiter praedestinatio, sicut voluntas efficax finis includit virtualiter volitionem mediatorum ad finem, quomodo ex una parte in nostra non sit potestatis, est tamen ex altera parte; ex parte enim Dei vocantis in nostra non est potestatis, quia ut Deus nos vocet, aut sua gratia praeveniat, non est in nostra potestate, etenim ideo dicitur gratia praeveniens, quod praeveniat consensum nostrum juxta illud Psalmi, *Et misericordia eius praevenerit me*; Ex parte vero hominis consentientis est in nostra potestate, ut docent Concilia, Patres, & Scripturae, quibus saepe hortamur, ut Deo vocanti, & auxilianti consentiamus, *Frater*, inquit Apostolus, *hortamur vos, ne in vocationem Dei gratiam recipiatis*, ita expressè docuit Aug. de Ecclesiast. dogmatibus, cap. 21. *initium salutis nostrae Deo misere habemus, ut autem nos divina vocationi, & gratiae praevenient consentiamus, in nostra est potestate, in hoc enim homini arbitrio libertas dignoscitur, quod liberè unusquisque homo oblatam gratiam acceptare, eoque consentire possit*; patet ergo, in quo sensu etiam ipsius divinae praedestinationis decreti dici potest, ac debeat suppositio concomitans saltem virtualiter, & mediata, de quo inferius disp. 5. q. 2. art. 8. n. 221.

QUESTIO QUINTA.

Variae divinae voluntatis divisiones explicantur.

**V**ariae signatae solent divinae voluntatis divisiones, accipiendae voluntatem in actu secundo, seu pro ipsomet voluntatis actu, qui interdu voluntas appellatur, ut inquit August. *Nil magis est in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas*, id est, quam ipsa voluit, & sicut scientia Dei, cum dividitur in scientiam simplicem intelligentiae, & visionis, & rursus in absolutam, & conditionatam, non sumitur divisio ex parte ipsius actus divini intellectus, qui unicus est, & simplicissimus, sed ex parte obiectorum; ita eodem modo accipiendae sunt divisiones voluntatis divinae passim à Theologis assignatae; circa quas divisiones licet non sit controversia de re, sed tantum aliqua de nomine, opus tamen est, hanc ad vertebrae sequenti disputatione de praedestinatione, cum sit sermo de voluntate beneficii, antecedente, consequente, efficacis, inefficax & ceteris, nulla occurrat in terminis confusio.

Prima itaque divisio est in voluntatem signi, & beneficii, voluntas beneficii est voluntas verè, & propriè dicta, & dicit actum internum divinae voluntatis in Deo existentem, per quem aliquid verè, & propriè vult; voluntas verè signi est, quod Deus ita se gerit exteriorius, ut significet se habere voluntatem aliquid rei, quam verè non habet, & ideo non est voluntas propriè dicta, sed potius metaphorice eo modo, quo testamentum, seu scriptura testatoris voluntas testatoris appellatur, quia est signum voluntatis eius; sic ergo, quia Deus praecipiendo, prohibendo, consulendo, permittendo significat, se quidpiam velle, aut nolle impedire, ideo praecipit, prohibet, consiliat, & permissio divina voluntatis signa nominantur; ex quo deducitur, voluntatem signi non semper significare in Deo esse voluntatem, seu beneficium Dei circa id, quod prima facie, & aspectu signum ipsum ostendit, quod ostendit exemplo Abrahae, cui praecipit Deus, ut imolaret filium suum Isaac, non tamen fuit in Deo vera voluntas, quod imolaret eum, nam voluit oppositum voluntate beneficii, unde illud solium praecipit, ut tentaret Abraham, an esset verè obediens, ut habetur Genes. 22. *Tentavit autem Deus Abraham, ut notavit Doctor 2. disp. 37. ad argumentum quartae quaestiones*; ita passim hanc divisionem explicant veteres Scholastici.

Circa quam explicationem contingit dubitatio, quia juxta illam voluntas signi in Deo non esset vera, & sincera volun-

tas, sed ficta, apparens, & simulata, quod consentaneum non videtur divinae bonitati, & veritati; eo vel maxime, quod praecipit, & prohibitiones ad voluntatem signi spectare dicuntur, quis autem dicat, non verè, & sincere Deum praecipere bonum, & prohibere malum in praecipit Decalogi; Tamen quia supra quaest. 3. ideo diximus, Deum non esse causam peccati, quia licet in ratione causae primae, & universalis concurrat ad actum malitiae substratum, tamen actum illum voluntate antecedenti prohibuit verè, & propriè, seu ex propria intentione, imò & efficaciter, quantum est ex parte sui; ergo non bene explicata est ab antiquis Scholasticis voluntas signi, vel si sic explicanda est, perperam ad eam praecipit, & prohibitiones spectare dicuntur. Tamen quia si voluntas beneficii sumatur, non quidem pro ultimata determinatione, qua Deus aliquid vult, quemadmodum sumitur à Doctore 1. d. 46. sed pro actu, quo Deus se complacet in volito, ac illud approbat, sicut ex vi nominis talis voluntas significare videtur, praecipit, & prohibitiones spectant verè, & propriè ad voluntatem beneficii, quia Deus sibi maxime complacet in his, quae antecedenter ex propria, & primaria intentione sua voluntate decernit, nam ideo illa decernit, quia in iis sibi complacet, alioquin illa non eligeret, cum ad eligenda à nullo alio moveretur, quam à propria sua voluntate, & beneficio; & in hoc quoque sensu factis propriè juxta vim vocis sumi posse voluntatem beneficii pro eo, quod placet Deo, & cupit, quod fiat, quantum in ipso esse, docet Suarez l. 4. de praedestinat. cap. 2. n. 11.

Hac igitur de causa voluntas signi in Deo ita explicanda est, ut sit vera, & propria voluntas, & omnino coincidat cum voluntate antecedenti moti explicanda; & ita tenet Faber 1. disp. 58. cap. 5. imò dicens, non esse diversam à voluntate beneficii, si hac sumatur pro actu, quo Deus se complacet in volito, ut nuper dictum est, sed tantum si sumatur pro ultima determinatione divinae voluntatis; Neque oppositum docuerunt antiquiores Scholastici, non enim absolute, & universaliter dixerunt, voluntatem signi non esse absolute, & propriam actum voluntatis in Deo, sed tantum dixerunt, non semper significare in Deo esse voluntatem, seu beneficium Dei circa id, quod prima facie, & aspectu signum ipsum ostendit, ad quod asserendum moti sunt ex illo exemplo Abrahae, & nonnullis similibus, quae in scriptura leguntur, in quibus antecedenter ostendit Deus se aliquid velle, & postea voluntate beneficii oppositum voluit; Quod tamen non urget, sed adhuc explicari potest, ut nulla duplicitas, vel fictio appareat in Deo, ut inquit Doctor loc. cit. d. 37. s. ad argumentum 4. q. 4. nam in eo casu, & similibus distinguendum est inter rem praecipit, & finem praecipit, qui est consensus recte rationis; res praecipit sicut immolatio filii, finis praecipit sicut ejus obedientia, sicut ergo immolatio filii à Deo voluit, non in se, sed propter circumstantiam finis adjecti, qua adimpleta cesset praecipit, unde postquam vidit Deus promptam Abrahae voluntatem ad immolandum filium, statim dixit, *Ne extendas manum, &c.* ex quo deducitur, quod praecipit Abraham datum de filio immolando, si consideretur, quoad ipsam filii immolationem, Deus illam non voluit, sed tantum voluit finem ei adjunctum, nempe Abrahae obedientiam, quo obtento statim praecipit cessavit; quod manifestè colligitur ex ipso Sacrae Scripturae contextu, cum inquit *Tentavit Deus Abraham nam verbum tentavit significat, quod Deus non intendebat, neque volebat immolationem Isaac, sed tantum intendebat experiri Abrahae obedientiam, unde praecipit hunc actum obedientiae, ut rectè Faber loco cit. adverteit; juxta ergo hanc explicationem voluntas signi non contrahit fingitur à voluntate beneficii, nisi accipiendo hanc pro ultima determinatione divinae voluntatis, ut sumit Doctor 1. d. 46. secutus modum loquendi Magistri sent. in ea distinctione, quo modo quoque loquuntur Ricardus, Maiton, Joannes Major, & alii quum plures ex antiquis, qui proinde consequenter dicunt, voluntatem beneficii semper impleri, & impediri non posse, de quo non multum solliciti esse debemus, quia ut notat Bargas 1. d. 46. haec non est, nisi differentia verbalis inter Doctores, nam omnes in re conveniunt.*

Sed Dices, quod sequendo explicationem veterum Scholasticorum de voluntate signi, non sequitur, quod talis voluntas in Deo sit ficta, & simulata, sed tantum quod per eam dicitur volens per quandam metaphoram, & similitudinem, quatenus causando aliquos effectus se gerit per modum voluntatis, in quantum aliquid, vel praecipit, vel consulit, vel prohibet, ut eam explicat D. Thomas p. 1. q. 19. ar. 11. & 12. & 1. d. 45. quaest. 1. ar. 4. hoc autem Deum non dedecet, sicut non inconvenit, quod eodem modo dicitur penitere facti v. g. quod hominem

ereaverit, quatenus causando aliquos effectus se gerit per modum penitentis, ut explicat Patres. Deinde quia voluntas signi, & beneficii opponitur, at si externa signa divinae voluntatis semper essent conjuncta cum interno beneficio, jam non opponeretur. Respondeo, quod licet sic explicandum voluntatem signi minores patiantur difficultates, adhuc tamen ad eam perperam spectare dicuntur praecipit, prohibitiones, & consilia, quia certum est, placeat ut praecipit servemus, vitia fugiamus, & consilia ipsius sequamur, atque ideo certum est, praecipit Dei, prohibitionem, & consilium esse vera signa divinae voluntatis. Ad 2. concedo juxta explicationem à nobis assignatam de voluntate signi, eam non opponi voluntati beneficii accipiendo voluntatem beneficii pro actu; quo complacet in volito, imò sic omnis voluntas signi est voluntas beneficii, non tamen semper respectu ejus, quod nos primo aspectu concipimus, sed vel respectu illius, vel respectu ejus, quod Deus se vera intendit, tanquam finem praecipit, ut patet in exemplo adducto de Abraham; addit Beccanus, qui hanc posterorem sequitur explicationem trat. 1. c. 11. q. 1. omnem etiam voluntatem beneficii, quae quidem nobis innotescit, esse voluntatem signi, non enim potest nobis innotescere, nisi per aliquod signum.

Secunda divisio est in voluntatem absolutam, & conditionatam; absoluta est, quae Deus vult aliquid simpliciter, & absolute independenter ab aliqua conditione, de qua intelligitur illud Ezech. 13. *Non est qui possit tuae respicere voluntati, & statim 48. *Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet*. Rom. *voluntati eius quis resistet?* & haec voluntas semper implet, & ideo dicitur efficax, & haec vocatur à Scoti 1. d. 46. ultima determinatio divinae voluntatis, ac etiam voluntas beneficii juxta acceptionem superioris significatam, quod pertinet ad modum loquendi. Voluntas conditionata est illa per quam vult aliquid dependente ab aliqua conditione, non autem absolute, eo modo, quo dicebamus disp. praeced. de decretis conditionatis ipsius de qua intelligitur illud. 1. ad Timoth. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri*, in qua locutione inquit Ambrosius *ibi conditio habet, si accedat ad eum, si, & ipsi velint*, & non impediatur, illud Math. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*, ubi exprimitur conditio voluntatis conditionata, qua dicitur, volo ut omnes servent mea praecipit, si velint esse salvi; & haec voluntas dicitur inefficax, nec semper impletur, quia nec omnes servant mandata, nec omnes salvantur, & de hac etiam intelligitur illud Math. 22. *Quoties voluit congregare filios suos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit? Ubi duo sunt advertenda, primum est, voluntatem hanc non dici conditionatam ex parte subiecti, sed ex parte Dei volentis, itur vocabulum conditionatae voluntatis significat conditionem, qua posita esset in Deo voluntas salvandi omnes, & ut praecipit servarent, quia conditio ex parte subiecti suspendit actum voluntatis, nam actus, qui inelle posita conditione, non inest, nisi posita conditione, quemadmodum actus videndi, quem quis habet, si obiectum esse applicatum, & ablatum impeditur, illum non habet, nisi ista conditione ad sit; at circa hominum salutem, & praecipitorum observantiam non habet Deus actum suspensum, aut solam illam velletatem, quae propriè exprimeretur per illam optativam, vellem omnes salvos fieri, si ipsi velint, vel alia causa non obstat, vellem, homines praecipit mea servare, si velint salvi fieri; sed habet actum positivum de praesenti, qui his conditionalibus exprimitur, volo, ut omnes servent mea praecipit, si velint esse salvi; ut omnes salvi fiant, si ipsi velint, & non impediatur; ita quod voluntas dicitur conditionata solum ex parte obiecti, sed rei volitae à Deo, ut sensus sit, Deum actualiter velle omnium salutem, dependenter à cooperatione ipsius hominis actualiter velle praecipitorum observantiam dependenter ab ea conditione, si salvi esse velint, & sic de aliis.**

Alterum est, cum dicitur haec conditionata voluntas inefficax, id non esse intelligendum, quia importet simplicem omnino contentiam, quae hoc modo exprimitur, placet mihi salus omnium hominum, prout explicat Beccanus loc. cit. c. 1. Vasquez, & alii, quia per simplicem, & inefficacem omnino contentiam nihil ordinat Deus, nec quicquam facit, aut concedit, & ideo inefficax nominatur; at ex vi conditionatae voluntatis, quia vult omnes salvi fieri, ordinat hominem ad salutem, eique de facto concedit media ad salutem sufficientia; ut patet, & fatentur omnes; ergo non importat simplicem omnino contentiam, quae inefficacem est, sed efficacem, sive sub conditione, quatenus vi talis velletatis volens, si poneretur conditio, ad eam prosequendam se applicaret, sive immediate ex vi ipsius, quae ex vi positae conditionis statim in volitionem absolutam transiret, sive mediante alia volitione absoluta

ex illa consequente, unde solum secundo modo quid potest dici simplex, & inefficax, quatenus non est efficax absolute, seu non est efficax adequate, sed infirca causa partialis, ut loquitur Smilich. tract. 3. disp. 5. num. 43. sed ut alii loquuntur, est efficax, quantum est ex parte ipsius, ut dixi disp. 3. num. 260. Neque haec inefficacitas, ut partialis solum, & inadeguata efficacitas imperfectionem ponit in Deo, aut aliquam in eo arguit impotentiam, vel fictionem, sicut in nobis, quando impedimentum superare non possumus ad ponendum effectum, quem, quantum est ex parte nostra, efficaciter volumus; Quia si non sequitur effectus efficaciter, quantum est ex parte sua à Deo volitus, & intentus, nempe salus iustae quae hominis, non provenit ex ejus impotentia, nam absolute potest quemcumque salvare, sed ex statuta lege, qua vult causas secundas motus suos agere praefertim liberas; unde quamvis, quantum est se veluti actu omnes salvare, id tamen absolute, & se solo facere non vult, sed cum libera cooperatione creaturae, quae conditio cum deest, ideo non omnes salvat, sicut Princeps volens praemium dare Petro, si in studio, vel bello se bene gesserit super alios, si non dat illi praemium, quia non stitit militavit, talis voluntas non arguit ex parte ipsius fictionem, nam ipse verè, & sincerè noluit dare praemium Petro, neque impotentiam, quoniam absolute illud dare possit, sed in tantum non dat illi praemium, quia ex parte Petri deficit conditio, quam requisivit ad impletionem suae voluntatis, Et quidem hoc pacto explicari debere voluntatem conditionatam in Deo ex mente D. Thomae, Bonav. & Scoti probè notavit Pennotus lib. cap. 20. n. 3. ubi ait, quod licet hunc actum explicet interdum nomine velletatis, non intendunt hoc loquendi modo negare, illum actum praesentem esse, ut dicitur, quod sit actus manens suspensus usque ad eventum conditionis, sed solum intendunt ponere fictionem inter voluntatem antecedentem, & inefficacem, & consequentem, quae semper efficax est, & reddere rationem, cur ista sit efficax, non verò illa, quia illa inimitum est aliquid modo conditionata, ista verò simpliciter absoluta, quia Deus vult quidem ex se hominum salutem, & efficaciter, & consequenter, voluntatem conditionatam ponere in Deo ad praesentem, quo dicatur modo indicativo volo, nihilominus, & ipse ait, esse effectum simplicis contentiam, & omnino inefficacis, ita quod nec adequate, nec inadeguate sit efficax, nec simpliciter, nec secundo modo, quod saltem esse diximus, quia per simplicem, & omnino inefficacem contentiam nihil facit Deus, aut ordinat, & tamen ex vi conditionatae voluntatis, quae vult hominum salutem, concedit ei sufficientia auxilia, & ex vi conditionatae voluntatis, quae vult servari praecipit, ordinat praemia observantibus, & supplicia transgressoribus, & praebet auxilia, quibus obsequari possunt.

Tertia divisio est in voluntatem antecedentem, & consequentem, quam superioris nu. 62. dixi, traditam fuisse à Div. Chrysost. hom. 1. in Epistolam ad Ephesos, & Damasceno lib. 2. de fide cap. 29. ab isto quidem sub eisdem nominibus voluntatis antecedentis, & consequentis, ab illo verò sub nominibus voluntatis primariae, & secundariae, quibus etiam terminis utitur Damascenus lib. contra Manichaeos ad finem; definit utrum eas Damascenus lib. 2. de fide, quod voluntas antecedens est acceptio Dei ex seipso existens, sed voluntas consequens est concessio ex nostra causa, quod magis explicans lib. contra Manichaeos, sub aliis terminis inquit, quod *primaria voluntatis est id, quod quispiam ex seipso vult, secundaria autem est id, quod eorum verum, quae contingunt, causa vult*, unde Doctores omnes in hoc conveniunt videntur circa huius divisionis explicationem, quod voluntas antecedens est, quae Deus vult aliquid, quantum est ex parte sua, subministrando ad illud media sufficientia, quibus possit homo consequi illud, consequenter verè esse, quia quidpiam velit Deus absolute spectatis omnibus ad effectum requisitis etiam ex parte nostra concurrentibus, unde dicit, Deum velle antecedenter omnes homines salvos fieri, quia, quantum est in se, vult omnium salutem, ad illa media sufficientia praeparando, quibus possit homo salutem consequi; non autem velle consequenter, omnes salvos fieri, vel quia non omnes cooperari volunt, ut in adultis contingit, vel quia ordo causatum, cui humana vita subicitur, impedimentum dabit, ob quod non applicatur homini remedia ad salutem ordinata, ut contingit in infantibus ante baptismum decedentibus, Quod duplici solent exemplo declarare, alteri est iudicis, & Principis, qui voluntate antecedente vult omnes cives salvos, & incolas, sed voluntate consequente vult, aliquos morti, spectatis eorum scelerebus, manente tamen velletate de eorum conversatione, si leges id permittunt, quo exemplo ad id de-



clarandū utitur Scotus 1. d. 46. ad 1. alterum est Mercatoris, qui voluntate antecedente vult omnes suas merces salvas esse consequente vero vult eas in mare proicere, consideratis periculis in quibus versatur; & hoc explicatio deducitur etiam ex Scoto 2. d. 37. ad solutionē istorum ubi reddens rationem; cur Deus non dicatur causa peccati, licet nobiscum concurrat ab substratum ejus, quia Deus, inquit, quantum est se, daret rectitudinem actus, seu acti rectum efficiere, si voluntas creata cooperaretur; univ. facti enim, quicquid dat Deus antecedenter, daret illud consequenter, quantum est ex se, nisi esset impedimentum; dādo autem voluntatem liberam, dedit antecedenter opera recta, que sunt in potestate voluntatis & ideo, quantum est ex parte sui, dedit rectitudinem omni actui voluntatis. & voluntati ex consequenti daret, si ipsa voluntas quęcumque actum elicium recte ageret ex parte sui; ita Doctor, qui vult verbum non obsecrare inuicem explicationem Damasceni datam de voluntate antecedenti, & consequenti; plures alias explicationes hujus divisionis affert Basilius 1. d. 47. quęst. unic. art. 1. sed ut notat D. Thomas de veritate qu. 23. art. 2. hujus distinctionis intellectus ex verbis Damasceni est affluendus, qui hanc distinctionem introduxit, quam etiam juxta ejus mentem præfatio modo explicat D. Bonav. 1. d. 46. att. 1. q. 1. in corpore.

97 Ex hac explicatione deducitur, voluntatem antecedentem, & consequentem non esse in Deo respectu omnium voluntarū, sed solum respectu eorum, quę aliquo modo pendet ex arbitrio creature, ut Pennotus advertit lib. 4. cap. 21. nam voluntas antecedens dicitur illa, quę Deus vult aliquid, quātum est ex se; nisi impedimentum sit ex parte creature, ut quod omnes salvi fiant, præcepta ejus servant, &c. consequens est, quā interdum vult oppositum ejus, quod volebat voluntate antecedenti, ob impedimentum positum à creatura; unde voluntas antecedens, quę Deus vult hominem prævenire per gratiā vocationis, non pertinet ad hanc voluntatem antecedentem, de quā hic loquitur Damascenus, nam hæc est aliquo modo conditionata, quatenus per eam vult aliquid, quātum est ex se; si non ponatur impedimentum ex parte creature; at voluntas præveniendi hominem per gratiam non est voluntas conditionata, si non fuerit impedimentum ex parte hominis, sed est omnino absoluta, nec homo potest ejus executionem impedire; licet enim sit in ejus potestate ei consentire, vel dissentire, non tamen eam recipere, vel non recipere, quia Deus operatur eam in nobis, sine nobis, item voluntas antecedens, de quā loquitur Damascenus, est inefficax, vel solum partialiter, & inadquate efficax, quia ejus effectus pendet etiam ex voluntate creature, at voluntas antecedens, quę Deus vult antecedenter hominem prævenire per gratiam, est efficax omnino, & adquate, quia ejus executio adquate à Deo dependet. Neque etiam ad voluntatem sic antecedentem pertinet voluntas antecedens in sensu Thomistarum, quę vult, Deum antecedenter ad omnem nostrum consensum omnes eventus liberos ab æterno prædeterminare, ac etiam voluntatem ipsam ad eos efficiendos, quia hæc voluntas antecedens Thomistarum juxta eorum principia semper, & profus infallibiliter impletur, & non est velleitas, seu voluntas conditionata, & secundum quid, & inefficax per modum simplicis complacentię, quę omnia affirmantur de voluntate antecedenti in sensu Damasceni.

98 Sed adhuc majorem hujus divisionis explanationem, cum ejus recta intelligentia sit apud necessaria pro disp. seq. de prædectis, aliqua dubia incidentia sunt resolvenda. Primum est, an voluntas antecedens in Deo sit voluntas beneplaciti, & non solum voluntas signi. Communis opinio est utramque voluntatem, tam scilicet antecedentem, quā consequentem esse beneplaciti, quia hæc voluntas, esse subdivisionem voluntatis beneplaciti, ita D. Thomas quęst. 23. de veritate circa medium D. Bonav. 1. d. 47. art. 1. q. 1. in corpore quæstionis ab initio, Basilius d. 47. quęst. unic. art. 1. Pennotus lib. 4. cap. 21. num. 4. Fasolus quęst. 19. art. 6. dub. 2. num. 15. citans Alensem, Albertum, Durandum, Egidium, & alios. Sed juxta prædicta sic statuendum est, quod accipiendo voluntatem signi pro voluntate metaphorica in sensu veterū Scholasticorum voluntas antecedens in Deo non est voluntas signi, quia est voluntas proprię, & formaliter existens in Deo, & non per metaphoram tantum, potest dici voluntas signi, in sensu à nobis explicato; Item si loquamur de voluntate beneplaciti supra pro ultima determinatione divine voluntatis in sensu Scoti 1. d. 46. quę semper impletur, voluntas antecedens in Deo, non est voluntas beneplaciti, quia hæc est determinatio non ultima in Deo, quę semper impletur, sed simul voluntatem beneplaciti pro actu, quod Deus complacet in volito, & illud approbat, dici debet voluntas beneplaciti, & hoc

est magis juxta intentionem Damasceni, & Chrysol. locis citatis, ubi vocat voluntatem antecedentem divinam beneplacitum, & præcipuum, ac primarium Dei voluntatem, unde ait Damascenus lib. 2. de fide cap. 29. *Præter illud antecedens voluntas, seu beneplacitum dicitur ex ipso manans, secundum autem insequens voluntas, ac permissio à nostro vitio oritur ducens, & Chrysol. hom. cit. voluntatem antecedentem vocat primariam illam voluntatem, & ingentem ipsius, atque propensam erga nos cum flagranti desiderio committit benignitatem, quibus verbis, si non explicatur voluntas beneplaciti, & quę sit efficax, quantum est ex parte sua, quibus aliis clarioribus verbis id explicare potuerit, planè ignoro; Quod etiam ratione probari potest, nam, quod est de se bonum, & appetibile, nec ullo modo secundum se potest Deo displicere, est ab eo voluntum, placeat; sed quod est verbum voluntate antecedentem est quid de se bonum, quod Deo displicere non potest, imò summè placeat, ut quod omnes salvi fiant, omnes ejus præcepta observent; ergo quod est verbum voluntate antecedentem est voluntum voluntate beneplaciti.*

Alterum dubium est, an etiam voluntatem consequens sit semper beneplaciti, & communis rursus opinio affirmat; eo quia docet, hanc esse subdivisionem voluntatis beneplaciti, quę proinde tanquam genus in utroque includitur membro; ex quo deducit Fasolus dub. 2. cit. num. 19. tam voluntatem antecedentem, quā consequentem esse boni tantum, nō mali, quod ex D. Thoma probat de veritate quęst. 23. art. 2. dicitur, quod defectus peccati non est à Deo volutus, neque voluntate antecedente, neque consequente; sed ab eo solummodo permittis, & ait, Alensem, & Albertum probare ex Damasceno, eo quod dicitur mala, & *re vera mala neque antecedenter vult, neque consequenter, & sinit tamen liberum arbitrium ad ea libera, Ceterum ex dictis q. 3. præsertim nu. 62. constat, Deum voluntate consequenti velle etiam tam naturale, ac ejus malitie substratum eo modo, quod in tempore eam nobiscum efficit, & tamen circa talis actus entitatem, voluntatem beneplaciti, & ex propria intentione habere non potest, quia cum ea est necessaria connexa moralis malitia, si fiat cum libertate, ergo in tali casu voluntas consequens non est voluntas beneplaciti; quod etiam evidenter elicitur ex verbis nuper citatis ex Damasceno, ubi loquens de voluntate consequente respectu actuum malorum inquit, *secundum autem insequens voluntas, ac permissio à nostro vitio oritur ducens, cujus permissionis deinceps duplex assignat genus; ergo admittere voluntatem consequentem, etiam respectu mali substrato, respectu cuius habere beneplacitiam nequit, nam si talem beneplacitiam habere posset, non vocaret eam permissionem, ubi vocabulo permissionis, non tantum intelligit negationem impedimenti, qualem habet etiam respectu mali formaliter sumpti, sed intelligit voluntatem positivam secundantiam, quā appellat condescensionem, seu concessionem ex causa nostra, ut explicuimus supra num. 62. D. autem Thomas loc. cit. explicat potest de malo formaliter sumpto, ut ejus ipsa verba indicant ipse defectus peccati &c. & sic etiam exponi debet Damascenus, si habet illa verba, nam illa reduplicatio mala, & *re vera mala* satis indicant, quod loquitur de malo formaliter, & reduplicative sumpto, quicquid dicat Fasolus, imò si D. Chrysol. & Damascenus, attentè legantur loco citato, cum loquuntur de voluntate consequente, non solum exemplificant de malis pœnæ, quę utique cadere possunt sub voluntate beneplaciti, sed etiam de malis culpe, ut testatur Pennotus 1. d. 47. cap. 21. n. 3. respectu quorum nequit Deus habere voluntatem beneplaciti, quia complacet in volito, & illud approbat. Instat Fasolus n. 15. neminem negare, voluntatem consequentem esse beneplaciti, Res. si per voluntatem beneplaciti intelligamus ultimam divinę voluntatis determinationem juxta sensum Scoti memoratum, utique verum est, sed si per voluntatem beneplaciti intelligamus actum beneplaciti, & approbationis, falsum est, voluntatem consequentem esse beneplaciti, & hoc manifestè docent Chrysol. & Damascenus, qui præcisè voluntatem antecedentem vocant divinam beneplacitiam, non autem consequentem, quia datur etiam respectu mali.**

Ultimum dubium est, an hæc divisio voluntatis in antecedentem, & consequentem sit eadem cum præcedenti, quia dividitur in absolutam, & conditionatam; Beccanus loc. cit. ait, partim cum ea convenire, & partim discrepare, in eo convenit, quod omnis voluntas conditionata sit antecedens, in eo discrepat, quod nec omnis antecedens sit conditionata, nec omnis absoluta sit consequens, nam juxta mentem Damasceni (inquit) aliqua voluntas antecedens est absoluta, ut voluntas præveniendi hominem per gratiam vocationis, Deus enim ex se, & sua bonitate nullo respectu bonorum, vel malorum operum

operum absolute vult hominem prævenire, excitando ad fidem, vel penitentiam, idem est de voluntate salvandi prædestinatos, hæc enim antecedens est, & absoluta præsertim in sententia afferente, Deum ab æterno absolute voluisse salvare prædestinatos ante prævia merita; ac etiam in altera afferente, ex prævisis meritis id factum esse, nam voluntas salvandi omnes, licet respectu omnium sit conditionata, tamen respectu prædestinatorum, quos prævidet bene acturos, & non impediaturos, est absoluta, eos enim absolute vult salvos esse, quia absolute prævidet, non fore impedimentum, unde sequitur, voluntatem antecedentem salvandi esse conditionatam antè præscientiam, & respectu omnium hominum, absolutam vero post præscientiam, & respectu prædestinatorum tantum, Sed si melior ratio diverſitatis non assignetur, præstat dicere, hæc divisionem cum præcedenti coincidere, etenim voluntas præveniendi hominem per gratiam vocationem non est antecedens in sensu Damasceni, ut diximus n. 97. sed dicitur antecedens, quatenus decrevit eam non dâre independentem à nobis ad differentiam effectuum à nostro quoque arbitrio prædestinatum, quos non decrevit futuros nisi concomitantem nobiscum, ut hæc dictum est; sic idem dicendum est de voluntate prædestinandi in sententia afferente, prædestinationem fieri ante prævia merita, quod nempe licet sit antecedens, & absoluta, non tamen est antecedens in sensu Damasceni ob rationem adductam num. 97. In sententia vero afferente, fieri post merita prævia, non est voluntas antecedens, sed consequens, nam quæ antè præscientiam erant conditionata, & antecedens etiam respectu eorum, qui salvanur post merita prævia, quia creatura non ponit obicem, sit absoluta, & consequens; unde non coherenter dicit Beccanus, voluntatem salvandi respectu prædestinatorum in hac posteriori sententia quoque esse antecedentem.

101 At inquit Beccanus, voluntatem consequentem semper esse conjunctam cum velleitate oppositi, ita quod antecedens, & consequens semper circa objecta contraria versentur, unde Damascenus ait, Deum velle voluntate consequenti improborum penam, quorum saltem volebat voluntate antecedenti; sed voluntas salvandi prædestinatos non est conjuncta cum velleitate oppositi, ergo licet sit absoluta, nequit tamen dici consequens etiam in sententia afferente; illam sequi meritum prævisionem, sed tantum antecedens. Respondeo, majorem nō esse universitatem veram, licet enim multoties, quod est voluntum voluntate antecedenti, non sit voluntum voluntate consequenti, ut est de voluntate salvandi reprobos, tamè interdum idem esse potest objectum voluntatum à Deo voluntate antecedenti, & consequenti, ut est de salute prædestinatorum, ut advertit Pennotus lib. 4. c. 21. cit. n. 3. & ratio manifesta deducitur ex assignata descriptione utriusque voluntatis ex Chrysol. & Damasceno, quia nulla est repugnantia, ut quod Deus vult ex seipso, quia de se bonum est, & appetibile, quod est esse voluntum voluntate antecedenti, velit etiam idem objectum earum rerum, quę contingunt, causa, hoc est, quia humana voluntas circa objectum à Deo voluntum voluntate antecedenti apponit circumstantias bonas, quę Deo placeant, & sic voluntas conditionata tranſeat in absolutam circa idem objectum; atque ita voluntas salvandi prædestinatos in posteriori sententia ex meritum prævisione est voluntas consequens, non antecedens; in alia vero sententia, licet sit antecedens, & absoluta in sensu mox declarato, non tamen in sensu Damasceni, & prout voluntas antecedens distinguitur à voluntate consequente, quia ut supra dictum est, hæc distinctio in Deo non datur, nisi respectu eorum, quę aliquo modo pendunt ex arbitrio creature, non autem in his, quę pendunt à solo Deo, ut est prædestinatio, & gratiæ preparatio, hæc enim, & similia unico actu simplicissimo etiam secundum considerationem vult efficacissimo, & absoluto, absque ulla prævia voluntate conditionata; Hoc igitur solum discrimen notari potest inter hæc divisiones voluntatis in conditionatam, & absolutam, antecedentem, & consequentem, quod licet omnis voluntas antecedens, ut est membrum conditionatum à voluntate consequenti, sit conditionata, & è contrarietate, & omnis voluntas consequens sit absoluta, non tamen omnis absoluta est consequens, ut est de voluntate Dei efficaci respectu eorum, quę ab ipso solo dependent, sicut est voluntas creandi mundum præveniendi hominem per gratiam, quę prædestinandi, si hæc dicitur fieri independentem à merito prævisione, hæc enim, & similia decrevit unicus actu absolute, & efficaci, qui dicitur antecedens, quatenus hæc, & similia decreta sunt omnino independentem à creatura.

102 Quarta divisio est, & quidem omnium præcipua, in efficacem, & in inefficacem voluntatem; efficacem dicunt esse,

quę semper impletur, & impediti non potest, de quę explicant plura scriptura loca, in quibus dicitur, nullum resistere posse divinę voluntati, ut ad Rom. 9. *Voluntati ejus quis resistit?* Genes. 50. *Num Dei possumus resistere voluntati?* Esther 13. *Non est qui tui possit resistere voluntati.* Læta 47. *Non resistes mihi homo.* & similia; quam proinde Scotus 1. d. 46. inquit, esse ultimam, & omnino absolutam divinę voluntatis determinationem, ideoque necessariam, & infallibiliter impleri, ut fuisse docet August. in Enchir. cap. 100. & de Corp. & gratia cap. 14. quod etiam ratione probat Doctor, nam Deus dicitur omnipotens, quia efficere potest, quicquid est possibile; ergo ultima ejus, & absolute volitio, quę dicitur efficax voluntas, necessario, & infallibiliter impletur; vel enim res efficaciter volita est ab ipso solo efficienda, sine intervenitu causę secundarę, & tunc nullus est, qui valeat eam impedire, ne exequatur, quod vult; vel est actus notus liber, de quo solo esse potest difficultas, ob lesionem libertatis hinc secuturam, & neque hoc obstat, quia Deus semper, quę vult fieri à nobis, sicut sine nobis ea non efficit in tempore, ita sine nobis ea fore non determinat ab æterno, sed dependenter à nobis modo sæpius explicato, & ideo nullam inde sequitur libertatis læsionem, Voluntas vero inefficax est, quę non semper, vel in omnibus adimpletur, quicquid dicitur esse illa, quę *vult omnes homines salvos fieri*, de quę contra exponuntur alia scriptura loca, in quibus dicitur homo Dei voluntati resistere posse, eo scilicet, quia ejus adimpletio pendet ex aliqua conditione ponenda ex parte creature, quę non ponit, ac ideo ejus adimpletionem impedit, sic Ps. 16. dicitur *resistentibus dextera tue custodi me*, & in actis Apoc. 7. *vos semper Spiritui Sancto resistitis*, & in Concil. Senon. contra Lutherum cap. 15. *nec tale est Dei trahentis auxilium, cui resisti non possit*, quod etiam repetit Trid. sess. 6. de justificatione cap. 5. & can. 4. lura quę quæ declarationem constat, hæc divisionem coincidere cum duabus præcedentibus de voluntate conditionata, & absoluta, antecedenti, & consequenti; ita quod voluntas efficacis coincidat cum absoluta, & consequenti, quę semper ultimam importat divinę voluntatis determinationem; inefficax vero cum conditionata, & antecedenti recipiatur, quę dicunt determinationem divinę voluntatis, non ultimam.

Circa voluntatem efficacem movet dubium Arriaga disp. 103 23. sec. 2. an possit esse volitio efficacis Dei dependens ab aliqua conditione, an verò debeat ita velle hoc objectum, ut five in hac, five in illa conditione omnino sit resolutus illud exequi, Negat Granadus ab ipso citatus, quod probat, quia decretum conditionatum efficacis est illud, ratione cujus nihil omnino de presenti fiet, sed fiet, si talis conditio poneretur; ergo talis decretum saltem de facto est superfluum, & otiosum, quia si jam de presenti nihil efficit, ergo de presenti est omnino otiosum, otiosum enim, & quod de presenti nihil efficit, est omnino idem, Deinde quia decretum efficacis Dei ordinatur ad efficiendam rem volitam; atqui decretum conditionatum non ordinatur ad effectum, sed ordinaretur, si talis conditio poneretur, ergo non datur de facto, sed daretur, vel si datur, non est efficacis, Tandem decretum conditionatum nunquam potest habere efficacitatem, quia neque efficit conditionem, ea autem non posita nihil omnino efficit; si verò ponatur conditio, tunc debet etiam poni in Deo decretum aliquid aliud absolutum, quod exequatur rem illam; ergo primum decretum conditionatum fuit omnino impertinetis, & incapax quicquam exequendi. E contra verò affirmat Arriaga, dari aliquas volitiones conditionate efficaces præsertim circa objecta existentia, quicquid sit circa possibilitatem, & talem de facto ait, esse volitionem, quam Deus habet de omnino salute; hæc enim est volitio actu existens in Deo, quę hoc modo explicatur, *Vult quantum est ex me, ut omnes homines qui sunt futuri (eos in particulari nominans) salventur, ideo opto, ut decedant in gratia, his enim solum, qui sic decederint, dare volo gloriam infallibiliter*, atqui talis voluntas est ex se respectu glorię efficacis conditionata, ergo &c. Tum quia, cum Deus peccatori det auxilia, inspirationes, & è serio animo salutis illius, conformius multo est dicere, Deum habere illum animum, ut velit de facto salvare illum, si ille responderit, quis enim procurat media, & non habet animum tunc ponendi finem, si per media non steterit, certè majorem ait Arriaga, invenio indecentiam in Deo, quod Deus sine ea voluntate hominem invitet, alliciat, vocet ad gloriam, quę potest esse otiositas, quam in eisdemmodi volitionibus conditionatis Granadus invenisse videtur. Hinc objectionibus ejus facile occurrat ad 1. negando consequentiam, quia talis conditionata volitio salvandi omnes, est aliquid non efficiens circa suum præcipuum objectum, scilicet gloriam, atque ideo respectu ejus



eius sit solum conditionate efficax, tamen re vera aliquid efficit circa media; quia ex vi eius confert homini auxilia sufficientia ad salutem; neque talis volitio est mere otiosa, quia validè confert ad ostendendum affectum Dei erga genus humanum; si de facto ponatur in ipso existere. Ad 2. decretum conditionatum ordinatur ad rem efficiendam saltem conditionate, si non absolute. Ad 3. posita conditione voluntas conditionata transit immediate in absolutam, vel si ea non sufficit, sed necessaria est alia absoluta, & distincta volitio, quia tamen hæc ponitur ex vi illius conditionate, dici potest, fãtã mediatè causate suum objectum.

104 Hanc disputationem inter Arriagam, & Granadam refert placuit, ut appareat, non deesse ex asserioribus scientiæ mediæ, qui decreta conditionata admittant, quæ adeo fastidiebant disp. præced. à num. 260. ut omnino repugnantia, & otiosa; quem Arriaga discursum non nisi approbare possum, hoc enim est, quod supra asserui num. 94. & 95. de voluntate conditionata, quam dixi ex parte tantum objecti esse conditionatam, ex parte verò subjecti, id est Dei volentis esse omnino absolutam, ac insuper in suo genere dici debere efficacem, neque conditionatam, ac inadæquatè modo ibi explicato; modum tamen loquendi approbare omnino non possum, quia cum voluntas Dei efficax absolute sumpta, prout est membrum conditionatum à volitione inefficaci, quo pacto hic de illa loquimur, significet ultimam Dei voluntatem à quacunque conditione prorsus abstractentem, quam vocat Aug. in Enchirid. cap. 100. omnipotentissimam voluntatem, profectò dici non potest imperfecitum à volitione inefficaci, cum volitio efficax descripta sit ex communi Theologorum consensu, illam esse, quæ semper impletur, & in nullo casu potest impediri, inefficax verò, quæ non semper impletur, vel saltem non in omnibus, planè volitio efficax conditionatè potius ad voluntatè inefficacem pertinet, quam ad efficacem; Confitemur, quia volitionem salvandam omnes, quam Arriaga sec. illa 2. ait, esse efficacem conditionatè, scilicet postea 3. subsec. 3. vocat inefficacem, quatenus non est absolute efficax, ergo etiam spectat ad membrum volitionis inefficaci, quæ ad illud dubium ab ipso propositum, an possit dari volitio efficax ab aliqua conditione dependens, est absolute respondendum negativè, non quidem ob rationes Grandi, quæ bene expediuntur ab Arriaga, sed ob rationem à nobis allatam, quia scilicet volitio efficax ex vi nominis, & absolute prolata significat ultimam Dei determinationem, quæ semper impletur. Conf. ex ejus doctrina, nam ea sec. 2. n. 8. ait, cum communi, voluntatem efficacem semper impleri, & cum Scriptura ait, *Voluntati Dei quis resistit?* Rom. 9. & aliis pluribus in locis inquit, quòd licet non ponatur *voluntati eius efficacis*, debet tamen de illa intelligi, quia hæc est maxime potens; ergo si talis est notio volitionis efficacis, repugnat omnino, dari volitionem efficacem ab aliqua conditione dependentem, ut ipse statim immediate post asserit in responsione ad illud dubium, nam dependentia à conditione quacunque desinitur inefficacitate volitionis, sicut ab omnibus explicatur, ac etiam ab ipso.

105 Dices, id repugnare dictis num. 95. de voluntate conditionata salvandam omnes quam diximus, appellari debere efficacè conditionatè, & inadæquatè, seu per modum causæ partialis, non autem inefficacem simpliciter, qualis dici solet omnino pura, ac simplex complacentia; ergo non repugnat, dari volitionem efficacem sub conditione. Respondet, hoc totum verum esse, atque idèò non doctrinam in se, sed modum loquendi Arriagæ rejeci, neque hoc repugnare dictis num. 95. aliud enim est dicere, quòd possit dari conditionata voluntas, quæ esse possit efficax conditionatè, & inadæquatè modo ibidem explicato, aliud est, quòd possit dari voluntas efficacis, quæ sit conditionatè efficax; nam voluntati conditionatè non repugnat, adscribi efficaciam conditionatam, quæ solum est efficax inadæquata, id est, quantum est ex parte divina voluntatis, ac voluntati efficaci, ut sic, repugnat, adscribi dependentiam à conditione, quoniam talis dependentia destruit immediatè rationem voluntatis efficacis, prout ab inefficaci fecerunt; atque idèò modus loquendi Arriagæ non placet, licet doctrina sit in se vera, quare retinendus est modus loquendi traditus num. 95. Et intermi notanda est alia in consequentia ejusdem Auctoris in modo loquendi, qui cum sectione 2. asserit, videtur, voluntatem salvandam omnes esse conditionatè efficacem, postea scilicet 3. subsec. 3. vocat eam absolute inefficacem, quod neque est, neque coherentè dictum; nam sola simplex, & pura complacentia, ex vi cujus nihil ordinatur circa objectum volitum, dicitur simpliciter, & absolute inefficax; cù ergo volitio salvandam omnes nõ sit in ejus opinione

sic pura, & simplex complacentia, malè dicitur simpliciter, & absolute inefficax, sed potius dici debet secundum quid, & conditionatè efficax, nam efficaciam conditionatam, sicut excludit ex una parte efficaciam simpliciter, & absolute dictam, ita pariter ex alia excludit inefficaciam eodem modo dictam ac veluti inter utramque mediat.

Circa voluntatem inefficacem queritur; an necessario pendeat ab aliqua semper conditione, an potius dari possit volitio de se inefficax sine tali dependentia; Et quidem stando communi expositioni num. 112. allegatæ, quòd voluntas inefficax cum conditionata reciprocetur, esset affirmativè respondendum, quia talis inefficacia non videtur peti posse, nisi ex defectu conditionis exigat. Nihilominus Arriaga loc. cit. subsec. 4. n. 39. inquit, quòd licet id sit verum in multis, possunt tamen esse alie volitiones, quæ sint inefficaces, & non dependentes ament objectum suum ab aliqua conditione, quòd offendit in amore inefficaci ipsius conditionis, illa enim non amatur dependentè ab alia conditione, alioquin abiretur in infinitum, & quando Deus amat inefficaciter, ut omnes homines suo arbitrio bene utantur, non amat id dependentè ab aliqua conditione. Rationem assignat à priori n. 25. quia cum agens liberum, quale est Deus, non teneatur velle creaturas solum modo neque efficiat, neque inefficaciter, etiam possit, sicut quòd non eas efficiat velit, & consequenter quòd non eas ponat à parte rei, non arguit in ipso imperfectionem; aut impotentiam, sed id reducitur in libertatem, seu dominium ipsius supra creaturas; ita similiter nulla profus imperfecitio est, si agens illud liberum nec velit efficiat creaturas amare, quòd possit, nec velit omnino carere omnino amore circa illas, prout etiam possit, unde quòd non existat effectus, non debet in defectu virtutis Dei reduci, sed quia ipse non voluit pro sua libertate ad id cum majori efficacia se applicare. Quæ doctrina valde conformis est Scoticæ maxime, quam habet 1. d. ar. 3. & q. 4. & alibi frequenter, in cuius potestate est agere, in ejusdem potestate est etiam modus agendi, seu sic, vel sic agere, quòd intelligendum est in Deo, si talis agendi modus nullam dicit imperfectionem, qualis esset in divina voluntate suspensio ab omni actu, nobilior est enim modus exercendi libertatem positivè, quam negativè, superius dixi n. 9. & disp. 2. n. 206. velle autem intènsè, vel remissè, seu cum majori, vel minori efficacia nullam talem imperfectionem involvere videtur, sed solum Deo libertatem, & perfectum dominium in creaturas concludere; quare hæc doctri. nisi aliquid obstat, mihi probabilis videtur, quæ admissa concedi non debet, voluntatem inefficacem cum conditionata omnino reciprocari, sed se habere fieri inferius, & superius, seu magis, vel minus commune, quatenus omnis conditionata voluntas, ut sic, est inefficax modo supra explicato; sed non omnis voluntas inefficax est conditionata.

QUESTIO SEXTA.

An voluntas efficax sit immediatum principium, quo Deus extra se physice operatur, vel præter eam necessaria sit potentia executiva.

106 Non est hic quæst. ut ex ipso titulo constat, de quovis principio immediatè concurrente ex parte Dei ad actionem extra, sed de principio physice effectivo, unde quavis scientia, & intellectus immediatè concurrat ad rem effectivam in genere causæ moralis, aut simpliciter ostendendo operabilia voluntati modo speculativo, ut monet Doctor 1. d. 38. ait etiam modo aliquatè practico, dirigendo scilicet; & regulando principium physice effectivum, ut alii volunt, quemadmodum declaravimus disput. præced. quæst. 3. art. 1. num. 88. quia tamen intellectus per actum saltem scientiæ, & intellectiois physice non concurrat ad rem effectivam, idèò de sola voluntate controversia movetur, & queritur, an sola voluntas efficax id est, sub actu efficaci considerata sit immediatum principium physicum effectiois rerum ad extra, an potius concedenda sit etiam in Deo alia quedam potentia executiva ab intellectu, & voluntate ex natura rei formaliter, aut saltem virtualiter distincta, sicut alia attributa ab invicem distingui solent. In qua questione prima opinio affirmat, in Deo etiam dari tertiam potentiam ab intellectu, & voluntate distinctam, quæ sit executiva eorum, quæ imperantur à voluntate, ita quòd non solum in Deo sint duæ potentia, scilicet intellectus, & voluntas, sed etiam tertia, cuius

cujus est posterior actus voluntatis, sicut imperatus actus potentie nostre motus est posterior actui operis voluntatis elicitio illius imperativi; quæ opinio fertur esse Durandi 1. d. 38. qu. 1. Aureoli d. 42. art. 2. prop. Rubionis qu. 1. art. 1. cui ex Recentioribus adstantulatur Fafolus q. 5. ar. 1. com. 2. Arriaga disp. 40. sect. 1. Lezana tract. 4. disp. 23. quæst. 2. Averq. 2. 25. sect. 2. & alii, voluntatem autem potentiam executivam esse à voluntate distinctam non ex natura rei formaliter, sed tantum virtualiter, seu ratione rationata, quemadmodum de aliorum attributorum distinctione loqui solent, quam colligunt ex D. Thom. art. citat. ubi in responsione ad 4. ita habet, *potentia non ponitur in Deo, ut aliquid differens à scientia, & voluntate secundum rem, sed solum secundum rationem, in quantum scilicet potentia importat rationem principii, exequens id, quòd voluntas importat, & ad quòd scientia dirigat*; ubi clarissime distinguit tlla rerum principia ad extra in Deo secundum rationem, & unicuique assignat propriam, ac distinctam principium rationem, nempe potentiam rationem exequendi voluntati rationem imperandi, scientiam rationem dirigendi, quòd rursus infra docet ar. 5. ad 1. dicens *potentia intelligitur, ut exequens, voluntas tamen, ut imperans, & intellectus, ac sapientia, ut dirigens*.

107 Opposita omnino sententia nedum negat hanc potentiam executivam in Deo ab intellectu, & voluntate aliquo modo distinctam, sed asserit, ipsam esse formalissimè esse ejus potentiam, ita quòd Deus ad extra agat immediate per essentiam suam; tanquam per rationem proximam agendi physice, concurrentibus tamen intellectus, & voluntate, illo tanquam dirigente, illa tanquam applicante essentiam, ita Suarez disp. 30. Met. sec. 17. nu. 45. pro qua & ipse Durandum citat, & D. Thom. loco allegato, ubi cum non dicat, potentiam esse distinctam ab essentia Dei, sicut eam distinguit ab intellectu, & voluntate, insinuat, esse eam ipsam essentiam, quare ex eodè loco, & ex eisdè omnino verbis oppositas omnino colligit sententias. Tertia tandem sententia docet, solà divinam voluntatem efficacem esse formalissimè ipsam potentiam executivam, & immediatum principium, quo physice Deus operatur ad extra, intellectus verò concurrere solum per modum causæ moralis, seu in ratione principii directivi, & ostensivi quid, & quomodo agendum, pro qua citatur Molina p. 1. qu. 25. art. 1. disp. 2. Valentia q. 19. puncto 6. & quæst. 25. punct. 1. Vasquez disp. 102. cap. 3. Amic. dif. 27. sec. 1. Becan. trac. 1. c. 17. quæst. 2. Addunt tamen nonnulli Thomistæ, intellectum quoque immediate concurrere ad effectioem rerum ad extra etiam in genere physico, non quidem per actum scientiæ, quo tantum concurrat per modum causæ moralis ostendit, & dirigentis inter idèz in mente artificis, sed per alium actum practicum intellectus, qui appellatur imperium, & dicitur spectare ad intellectus juxta illud Genes. 1. dixit vero Deus; *fiat lux & facta est lux & Psal. 148. ipse dixit, & facta sunt*, dicere autem est actus intellectus. Hoc tamen additur abque ullo profus fundamento, nam si talis actus imperit datur, non nisi ad voluntatem spectare potest, nisi alterationem faciamus de nomine, ut dixi disp. 7. de anima q. 7. art. 2. & expressè docet idè S. Thomas loco nuper citato, ubi non ponit actum imperii in intellectu, sed in sola voluntate, & intellectui solum tribuit, quòd dirigit voluntatem. Neque id probat modò ille loquendi Sacra Scripturæ, cum illa locutio sit metaphoricè accipienda, & non propriè, nam in rerum creatione dici non potest, Deum sibi ipsi imperasse, vel dixisse, nec aliquid creaturæ intellectuæ, quæ adhuc pro eo tunc non supponitur facta, metaphoricè ergo accipienda est illa locutio, adèò ut significare velit, tam facile Deum omnia fecisse, ac facile est aliquid dicere, & mandare, ut aliquid fiat.

108 Scotus à quibusdam Scotistis ponitur dubius in hac re, eo quia p. d. 38. & d. 43. B. dubitat, an hæc potentia executiva in Deo sit ipsa voluntas, vel alia potentia formaliter distincta à voluntate, & d. 37. dubitative etiam loquitur, *si omnipotentia est voluntas, ad cuius velle sequitur rem esse*, atque idèò Maicon. p. d. 43. q. 6. & d. 48. q. 2. admittit in Deo potentiam executivam formaliter à voluntate distinctam; At tamen ut Bargius advertit p. d. 34. §. sed contra istam, si bene legatur Scotus, ita fit firmiter pro tertia sententia, nam hæc potentiam executivam, saltem formaliter ex natura rei distinctam à voluntate negat q. 4. Prologi præferent lit. Y. ubi absolute inquit, non esse in Deo aliam potentiam practicam, & executivam præter voluntatem, & p. d. 39. lit. R. duplicem fecerit actum voluntatis, alterum operativum, rerum, quæ tantum productivum in esse volitio in æternitate, alterum productivum rerum in esse reali existente in tempore; in 2. d. 1. quæst. 2. ad p. prin. & d. 37. §. contra istam in fine ait, eodem actu, & eisdem

potentiæ, quo res voluit ab æterno fore, & in tempore produci, nam licet res efficax voluerit ab æterno, non tamen pro æterno, sed pro tali temporis differentia, cum hoc solum discrimine, quòd actus operativus, dicitur esse ab æterno, ut productivus verò in esse existentia dicitur esse in tempore, pro quo alia etiam loca congerit Bargius, adèò ut de mente Doctoris in hoc puncto nullam maneat ambigendi locus, atque adèò hanc sententiam passim amplectuntur majores, & sanior Scotistarum patres, Vulpes to. 2. par. 1. disp. 42. art. 2. Scherius disp. 3. qu. 1. memb. 1. Nolan. q. 18. Smifne. tract. 3. disp. 7. q. 2. Estoli. 1. d. 45. q. 1. art. 3. Paulus Scriptor qu. 4. Prolog. Brancaf. to. 1. disp. 14. quæst. 5. Cæterum adhuc inter Auctores tertie sententiæ dissidium est, an quòd dicimus divinam potentiam proximam, ac adequatam esse solum voluntatem, an id intelligendum sit de ipsa actuali voluntate, vel volitione, vel potius de ipsa facultate volendi; & quidem Molina loc. citato hoc ait, intelligendum esse de ipsa volitionis actu, non verò de facultate volendi, & hoc ait intendere Scotum 1. d. 37. cum alioquin *potentia est voluntas ad cuius velle sequitur rem esse*, sic etiam loquitur Smifne. cit. num. 18. Oppositum cum Vasquez tenet Vulpes loc. cit. num. 9. ubi ait, quòd quavis in Deo reperitur voluntas formaliter ex natura rei distincta ab essentia divina, atque etiam ab actu ipsa volendi, tamen Deus non causat physice res extra se in esse reali immediate per actum volendi, sed per ipsammet voluntatem, tanquam suam præ natura productivam, sicut per rationem proximam agendi, est actus volendi necessarii præ exigatur, tanquam conditio sine qua non, cum formaliter Deus ab æterno prius se determinet ad operandum, quam in tempore immediate operetur sua voluntate.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Quasit.

109 Dicendum Primum, Deum ad extra non agere per essentiam suam, tanquam per rationem proximam, & immediatam agendi physice, concurrente voluntate solum per modum applicantis eam ad operationem, intellectus verò per modum dirigentis Cõclusio est contra secundam sententiam, & colligitur ex Scoto ex quol. 14. lit. X. dicens, essentiam divinam non esse formaliter volens, nihil causate potest ad extra, & d. 1. c. 1. A. naturam merè intellectualem nihil producere posse, nisi intelligendo, & volendo, sive per actum intellectus, & voluntatis, sive per alterum, sive per utrumque, undè etiam persona (inquit) nihil producit intra, vel extra sine actu istarum potètiarum, si enim natura divina, ut est prior intellectu esset principium producendi personam, esset in divinis aliqua persona prior Verbo, & ita quatuor & c. Per quod præcluditur responso Suarez, quòd intellectus concurrat per modum dirigentis, & voluntas per modum solum applicantis, etenim in productione ad intra certum est, hanc evasionem non habere locum, quando quidem ad productionem Verbi concurrat intellectus verè, & physice per modum principii productivi simul cum essentia divina, sicut voluntas ad productionem Spiritus Sancti, ita ut hæc duæ personæ non producantur immediate, & proximè ab ipsa divina essentia, tanquam à principio totali, & adequato, & ex sola naturæ secunditate, ut ajebat Durandus, in hoc ab omnibus desertus; ergo si pariter censendum est, quòd agat, & producat ad extra per voluntatem, tanquam per principium agendi proximum, & immediatum, & non tanquam per conditionem solum sine qua non, qualis dici solet causa applicans, Cõf. quia effectus creatus non sequitur proximè, & immediatè ad applicationem essentia secundum se, nam tunc produceretur naturaliter, & nõ liberè, nam quicquid manat à divina essentia non intermedium voluntatis actu, naturaliter, & necessariò dimanat, neque ad applicationem essentia factam per determinationem divine voluntatis, nam per talem determinationem proximè, ac immediatè ipsa divina voluntas applicatur ad opus, & cum ipsa sola sufficiat in ratione principii proximè effectivi, non est, cur hoc minus essentiae tribuatur, nisi radicaliter, & remotè. Conf. quia sic dicendo magis servatur proprietates loquendi scripturæ, & Patrum rationè principii proximè effectivi tribuuntur præcipue voluntati, ad Ephes. 1. omnia, operatur secundum consiliu voluntatis sue, & Psal. 142. omnia, quæcumque voluit, fecit, Athanas. scem 4. contra Arian. Solo nutu voluntatis agere, Aug. lib. de speculo c. 7. & lib. sed. cap. 29. *Voluntas tua opus est, cui velle est posse, qui omnia, & quæ ex nihilo creavit, sola voluntate fecisti*. Leo. ser. 2. de Nativ. *Dens, cuius natura bonitas, cuius voluntas potestas*; His enim, & similibus auctoritatibus